

tingens quantumcumque probabile: ergo talis non indiget autoritate nec medio contingente. Quod autem medium necessarium non excludat compossibilitatem autoritatis vel medi contingentis probatur sic. Si autoritas vel medium contingens non possent concurrere cum medio necessario ad causandum eundem assensum: hoc esset propter oppositionem evidentem et invidentem certi et dubii. Sed istud non impedit ut probatur: ergo possunt simul concurrere. maior patet quia nulla causa in compossibilitatis predictorum mediozum appareret nec per aliquem esset adhuc assignata nisi hoc solum quod assensus per medium necessarium esset certus et evidens: assensus autem per autoritatem et per quodcumque medium contingens est dubius et invidens: que cum sint oppositae non possunt simul eidem committere: minor probatur scilicet quod hoc non obstat. Circa quod aduertendum est quod aliqua que secundum se sola habent effectus conditionum in compossibilitate possunt concurrere ad unum effectum qui est communis ambobus: verbi gratia lumen quod a sole causatur: et lumen quod causatur a sola stella habent conditiones in compossibilitate: scilicet clarum et obscurum: et tamen sol et stella quando funt ex eadem parte hinc ipsi concurrunt ad causandum unum lumen in eodem medio. Non enim sol tunc illuminat: et stella nihil facit: cum omne lucens prefens diaphano de necessitate agens lumen sed fit unum lumen ab utroque: non solum et distincte augentur sed simul et unum agens: et cum isto lumine non fit aliud lumen et alia claritas eius: sed unum et idem lumen: ideo loquendo de re utraque tunc stella quod sol est causa luminis non quidem totalis sed partialis (quia non ex equo) quia perfectior ratio quidem est in sole: et quasi totalis in stella autem imperfecta et minima et assensu imperceptibilis: ratio tamen conuincit quod fit aliqua: et propter hunc excessum virtutis illuminatiue in sole respectu stelle: que patet quando solem agunt: quia tunc sol causat lumen clarum et stella obscurum. Idcirco quando simul causant unum lumen clarum per approximationem rationis claritas attribuitur causalitati solis: et non stelle quibus secundum rem totum fit ab ambobus: ut a partialibus causis simul concurrentibus et tenentibus locum vnius cause totalis: et sic patet quod aliqua que secundum se sola habent effectus conditionum in compossibilitate quandoque possunt concurrere ad eundem effectum qui est communis ambobus. Ratio autem quare totalis concursus est possibilis est ista quia clarum et obscurum non accipiuntur hic pro habitu et priuatione circa commune subiectum ab utroque realiter differens: ut sunt lumen et tenebra in aere: quia istozum scilicet lumen et tenebra accipiuntur tenebra pro pura priuatione) nunquam possunt concurrere ad causandum eundem effectum cum effectus vnius fit formaliter priuatio alterius. Sed accipiuntur hic clarum et obscurum pro gradu perfectionis et imperfectionis in essentia luminis: nec differat talis gradus realiter a lumine et talis perfectio et imperfectio est in effectu: ex perfectione vel imperfectione que causat nec non ex alia formali oppositione in causalitate: propter quod scit causa imperfecta sozorum agens causat imperfectum lumen (scilicet obscurum) propter defectum perfectionis virtutis: sic ipsa coniuncta cum perfectione virtute et tenens cum calozum totalis vnius cause perfectio: causat perfectum lumen scilicet clarum: quia iam non deficit perfectio que prius deficiebat. Ex hoc ad respectum omnis cognitionis necessitatis lumen quoddam esse: et lumen vocatur ab ipso aposto. Ephe. iij. vbi dicit sic. mihi omnium sanctorum minimum data est gratia hoc in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi illuminare etc. id est dare cognitionem que est quoddam spirituale lumen. Quoad autem cognitionem est clara: et quedam obscura: nec talis claritas et obscuritas sunt habitus et priuatio circa cognitionem tanquam circa subiectum: quia tunc causa obscuritatis non possent concurrere cum causa claritatis ad causandum vnam cognitionem claram: quoadmodum dictum fuit prius de causa luminis et tenebarum: sed sunt gradus perfectionis maioris vel minoris indifferentes realiter ab essentia cognitionis: et sunt isti gradus in cognitione secundum gradum perfectionis et imperfectionis in medio causante illam cognitionem: et non ex alia formali oppositione in causalitate: medium ergo sumptum ex autoritate humana: et medium necessarium si quodlibet eozum causet sozorum aliam et aliam cognitionem conclusionis eiusdem: esse cognitiones erunt conditionum in compossibilitate quia vna erit clara et euidens illa scilicet que erit per medium necessarium (propter eius perfectionem in veritate et connectione ad conclusionem) Alia vero obscura et invidens que erit per solam autoritatem propter defectum predictae perfectionis que est in medio necessario: sed si autoritati adiungatur medium necessarium iam non deficit in medio perfectio que prius deficiebat: nec per consequens in cognitione deficiet claritas et euidencia que prius deficiebat imo erit vna cognitio clara et euidens causata ab illis duobus medijs tanquam a causis partialibus simul concurrentibus et tenentibus vicem vnius cause totalis. Claritas tamen illa et euidencia magis debet attribui secundum rem medio contingenti quod autoritati: quia perfectus et secundum se est natum facere cognitionem claram et euidenter quam fecerit: et non faceret autoritas. Atque quid autem dicitur esse de oppositione clari et obscuri euidens et invidens: et de possibili concursu: mediozorum ad causandum vnam cognitionem claram et euidenter: intelligendum est circa oppositionem certi et dubii: et circa concursum mediozorum ad causandum vnam cognitionem certam: quia medium contingens et autoritas humana per se sola faciunt assensum dubium: medium autem necessarium facit assensum certum. Et hi duo assensus non possunt simul esse in eodem homine et de eadem conclusione: potest tamen fieri quod de vna et eadem conclusione aliquis aliquid sciat et opinetur aliquid sed non secundum

idem. Istius sententiae est beatus Thomas secundum fecisse. **Questio prima.** articulo quinto. in responsione ad quartum argumentum ubi respondet ad vnam autoritatem Aristotelis ex primo posteriorum. Inter cetera sic respondet post Aristotelem quod a duobus hominibus de eodem omnino potest haberi scientia et opinio: sed ab vno et eodem potest haberi fides et scientia secundum quod dicitur: et de subiecto sed non secundum idem: potest enim esse quod de vna et eadem re aliquis aliquid sciat et opinetur: et similiter de deo potest aliquis demonstrare scire quod fit vnus et fidem habere quod fit vnus et vnus (sed de eodem secundum idem non potest esse simul in vno homine: scientia nec cum opinione nec cum fide) alia tamen et alia ratione: scientia enim cum opinione simul esse non potest simpliciter de eodem: quia de ratione scientie est quod scitur explicitetur esse impossibile alter se habere: sed id quod fides potest fieri certitudinem existimatur etiam impossibile alter se habere: sed ea ratione non potest simul idem et secundum idem esse scitum et creditum: quia scitum est visum et creditum est non visum. hec ille. Anima aduertendum tamen quod licet alia ratio sit de in compossibilitate scientie cum opinione et cum fide: conuenit tamen in hoc omnis eozum ratio in compossibilitate ex parte subiecti simpliciter et non secundum quid. existimare namque. esse non existimare. a. esse videre. a. esse et non videre. a. esse ex parte subiecti distinguntur et opponuntur: et propterea in compossibilitate sunt in eodem subiecto simpliciter. Sic autem distinguntur scientia fides et opinio: nam scientia videt. a. esse sic quod existimat impossibile alter se habere: opinans autem aliquo modo videt. a. esse sed non ita quod existimat impossibile alter se habere: credens autem licet existimat. a. impossibile alter se habere: non tamen hoc habetur ex euidencia nec videt. a. esse. dico autem simpliciter ad excludendum subiectum secundum quid. puta solem geometram ut sic dispositum ut credentem: ut opinantem: et sic de alijs. Non enim distinctio horum in hoc consistit quod credens ut sic non videat: ut opinans existimat possibile alter se habere ut sciens videat. et sic in hoc quod subiectus de quo simpliciter et absolute verificatur credere. a. esse de eodem non potest simul verificari scire. a. esse et similiter est de opinione et scientia. Atque si voluerit definire alter hos terminos: non erit questio cui eo de re sed de vocabulis quam eis relinquimus: cum autem audis differentiam inter opinantem et scientem in existimando vel non existimando impossibile alter se habere: memento quod quia boni coniungit: ex causa integra: malum autem ex particularibus defectibus: ideo ad hoc quod aliquis sit sciens: existimat quod impossibile fit alter se habere: secundum se et secundum existimationem nostram: sed ad hoc quod sit opinans qui quid horum deficiat sufficit: si enim conclusio id est ratio secundum se est impossibile alter se habere: et ab hoc non penetratur quod fit talis opinans est. Et similiter firmiter aut conclusio possibilis fit alter se habere: et iste putat quod impossibile fit alter se habere: opinans est secundum naturam sui status aliquid necesse illud mere: quia non ex meritis notitiae: sed propter phantasie existimat impossibile esse alter se habere et in veritate subiecti talis notitiae deberet existimare esse possibile alter se habere. hoc tamen non obstantem predicta media in ratione mediozorum possunt concurrere ad causandum vnum assensum qui non erit simul nec successiue certus et dubius: sed certus tantum: et sic in assensu nulla erit opinio: aut repugnancia secundum certum et dubium clarum et obscurum: euidens et invidens ut declaratum est. Et sic patet minor et principale intentum quod ad istum articulum: videlicet quod medium necessarium quibus excludat necessitatem autoritatis humane et causabitur medijs contingentis: tamen non excludit compossibilitatem eozum in ratione mediozorum causantium vnum assensum: hoc modo scientia et opinio: nec non et fides que inmittitur autoritati humane possunt simul esse in eodem et de eodem: non quidem ut distincti habitus habentur distinctos actus: sed quia media que funt in re nata essent causare distinctos actus ex quibus fieret nobis predicti habitus ut distincti possunt concurrere ad causandum vnum assensum. Et hinc concordat communis doctrina: que dicit: quod vnus homo potest simul cognoscere eandem conclusionem per medium probabile et demonstratum. Thomas prima secundae. que. lviij. articulo tertio in correlario solutionis. Et alibi dicit: quod opinio potest stare cum scientia demonstrata quod non potest esse secundum pluralitatem actuum sed solum eo modo quo dicitur: esse hoc vltima parte. questio. i. articulo. iij. in solutione secundi argumenti.

Scientia fides et opinio in eodem et de eodem.

Minus adueniente maiore non cessat illuminare.

Clarum et obscurum quid importent.

D

Clarum et obscurum.

E